

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Dvbivm III. An infideles compelli possint ad audiendum Evangelium?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

dem. Nam priori eveniu non obligatur ad suscipiendam fidem, sed est conditionalis quædam donatio, subsistente conditione honesta: nec simonie crimen contrahitur, quoniam tempore commodum pro re spirituali non datur, sed officiis pagani voluntatem, & animum conciliamus, ut contulat sue salutis, & ad id, quod alioquin ju e divino præstare deberet, nobis devincimus, & ad sue salutis studium, & amorem inducimus.

Præterea, quia hic non intervenit, nec emptio, neque venditio, quia nullum emolumenntum est ex parte danti, sed tantum ex parte recipientis. In secundo vero casu pecunia datur ut pretium rei spiritualis: quia ratione si detur pecunia est manifesta simonia, datur enim pretium pro re spirituali, quo pacto docuit D. Tho. esse simoniā dare aliquid ex pacto pro eo ut alter ingrediatur Religionem. Nam per paupes in eligi factum onerosum, & materia contractus est res pretio existimabilis, & cedit in favorem dantis: quare non potest sine labe simoniā offerti pro re spirituali.

Hac præmissa distinctione, constituo, licitum esse munera, & obsequia, aut officia alia infidelibus ea conditione promittere, si ad fidem convertantur. Hæc sententia probatur primo. Quia sapientia in Scriptura DEUS promittit bona temporalia sub conditione, si bene operentur illi, quibus fit promissio ut videtur Gen. 17.

Gen. 17. Secundò Apostolus & Sancti alii miracula edebant, & a periculis sepe homines eruebant, & infirmitatibus, ea conditione, ut fierent Christiani. Beatus Laurentius yranno ejebat: Si credideris in Dominum IESUM Christum thesauros tibi ostendam, &c.

B. Laur. Tertio, quia licitum est legatum sub conditione, ut omnes fatentur, si femina ingrediatur Religionem: ergo in simili casu, &c.

Medina. Quarò, licitum est donare vitam infidelibus, ea conditione, ut baptizentur; quod esse usum receptum testatur Medina C. de r̄f. q. 27. Et vita temporale quid est, & datur cum pacto recipiendo baptismum: ergo aliquid temporale potest dari aliquo infideli, etiam extra mortis periculum, si fidem suscipiat.

Quarto, quia allicer ad fidem in primis licitum est: & quod volens fidem suscipere commodum aliquid temporale recipia, non pugnat cum ratione, si tamen ipsi non accipiat, ut pretium. Quare ergo qui offert committe simoniā!

Ult. Quia simonia non est, nisi ubi est & intervenit emptio, & venditio: hic autem nulla est emptio, aut venditio, & qui offert pecuniam infideli, ut convertatur nihil recipit, & tamen in emptione & venditione utique contrahentes aliquid accipiunt. Ex quo infertur posse fidelem feminam, temoto qualibet jure humano, cum pagano convenire, ea conditione, si fiat Christianus: & Principem etiam infidelibus subditis vestigialia minue, si ad fidem Catholicam redent.

Ex his faciliè constat solutio argumenti allati ex Cap. Q. apio, nam ibi agitur de pacto, non vero de conditione.

D V B I V M III.

An infideles compelli possint ad audiendum Evangelium?

Probabilis sententia tenet, apud Principes Christianos esse jus compellendi paganos sibi non subditos ad audiendum Christi Evangelium. Quidam negant, ea ratione dicit: Quia si cut libertutem est ei omnino credere, ac fidem suscipere, ita & facrum Evangelium audire. Ita Greg. de Valent. 2. q. 10. *Diffut. prima part. 6.*

Contraria verò ut probabiliorem tenent alii, quia non est idem credere Evangelio, & audire Evangelium: non enim consequens est, ut qui ad audiendum in compellitur, eo ipso ad credendum compellatur: cum quilibet etiam audio Evangelio si liber, ut præster assensum fideli, maxime (ut advertit Azor. lib. 8. *Instit. Moral. cap. 24. Tom. primo*) *Azor.* si viri probata vir, & spectata virtutis muterentur ad Christi Evangelium paganus annunciantur: iure naturali digni essent, ut audirentur, neque iure ullus paganus unum Princeps aut prohiberet, quod minus pagani, qui vellent, Evangelium audirent, aut idoneos Christi nuncios, aut praecones, & interpres impedit: alto quin enim his, aut illis injuriam manifestam inferre. Ita Covarr. in regul. Peccatorum part. 2. §. 10. num. tertio, ubi id colligit ex S. Thoma, Cajetan. & alijs. Infideles verò, qui Christianis Principibus subduntur, non debent, quin possint compelli, ut Evangelio præstant audiunt: a que haic sententia fidem facunt Pontificis Constitutiones, quibus præcipit Iudæis, ut certo quodam hebdomadæ die convocati, aliquem Doctorem Theologum, alium videndum virum audiant: idque in praxi hodie Romæ servatur.

D V B I V M IV.

An infideles compelli possint ad falsum Deorum cultum abjiciendum, & legem naturalem observandam?

Innocent. D U sunt opiniones. Prima affirmat, quam probant Innoc. Hofsten. Jo. Andr. Panorm. Alvar. Pelag. de planctu Eccl. lib. 1. art. 37. S. Antoni. Sylvestr. quo citat Covarr. in regula Peccatorum part. 2. §. 10. num. 4. Idem censuit Major in 2. Sent. distin. 44. q. 3. A. fons à Castro lib. 2. de justitia Hæretic. punit. cap. 14. Horum potissimum fundatum est, quia quisque ex ratione præscripto vivere debet, ergo si naturæ jura labefacteret, corripiti ac puniri potest.

Hofsten. *Jo. Andr.* *Panorm.* *Alva.* *Pelag.* *Sylvestr.* *Covarr.* *Major.* *Alph. &* *A. fons à Castro.* *Cajetan.*

Contraria sententia communiter in scholis recpera est, nempe non esse licitum Principibus Christianis infideles ultra vi invadere, propterea quod infideles sunt, & Barbari, aut peccata committant contra legem naturæ. Ita docent Cajet. 2. q. 66. art. 2. Victor. in Relat. de Indiis *Vistor.* part. 1. Covarr. ut supra. Latissime etiam eam probat Greg. de Valent. 2. 2. *Diffut. 1. Valentinia.* q. 10